

# ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

---

Chierici Regolari Somaschi

n. R-d-1707

ROSSI Filippo jr.  
\_\_\_\_\_  
\_\_\_\_\_  
\_\_\_\_\_  
\_\_\_\_\_

P. ROSSI FILIPPO

R - d ~~1807~~ 1807

- a) Atto di Professione, Somasca 8 2 1876
- b) Giuramenti in atto di Professione, Somasca 8 2 1876
- c) Ammissione alla Professione - 12. XII. 1875

lij.  
xand  
ri  
na,  
io-  
ad  
re-  
vi-  
o-  
n.  
t,  
la-  
e-  
ir-  
ta  
r-  
u,  
Lij. d. f. l.  
Ar. S. v.

Copia

IN NOMINE DOMINI.

Cum decem tyrocinii menses Novitij Clericis, <sup>videlicet</sup> ~~qui continentur~~ *Profr. Philip.*  
*profr. Peranza Joannes, et Aloysius Simon*, nec non *Laico Cuiusdam Alexandro*  
 elapsi sint, <sup>subscriptis p. 4.</sup> Praepositus Provincialis Langobardiæ ac Venetiarum D. *Aloysius Hieron. Gajus*  
 et ab ipso legitime convocati Examinatores Provinciales, emisso juramento a lege, speciali forma,  
 præscripto, cum prædicti P. Provincialis de eorum examine, et collegialis capituli celebratio-  
 ne peractis, tenore art. III. 2. partis Bullæ 25. Januarii 1848. = De admittendis Novitiis ad  
 habitum et professionem =, nec non P. Magistri de Novitiis in novitiatu agendi ratione re-  
 lationes diligenter expendissent, nihilque quod eorum vocationi adversetur reperissent, Novi-  
 tios ipsos necessariis dotibus præditos esse, ut statim post probationis annum ad voto-  
 rum simplicium, atque etiam, transacto triennio a Pontificio Decreto 19. Martii 1857. incipien-  
 = Neminem latet = indicto, ad votorum solemnium professionem tuta conscientia admitti possint,  
 secretis suffragiis probarunt et probant. Præterea affirmantes se se omnia requisita a sacris Ca-  
 nonibus, Constitutionibus, et Decretis Ap., nec non Congregationis nostræ regulis et statutis præ-  
 scripta debito modo examinasse, acta Scrutinii et respectivam declarationem jurejurando confir-  
 mant.

Rmus. P. Praepositus Generalis, quem humiliter deprecamur, juxta auctoritatem a præfata  
 Bulla sibi impertitam, hujusmodi relationem, si ita in Domino judicaverit, approbare et confir-  
 mare, atque prædictos Novitios, juxta §. 10. cap. IX. lib. 4. Somaschen. Constitutionum,  
 professionem recipiendi facultatem concedere dignetur.

Datum Somasche die 12 April 1875.

*P. Aloysius Hieron. Gajus C. Genl. P. Provincialis*  
*P. Joannes Colucci Examinator Provincialis*  
*P. Aloysius Zedes id*  
*P. Dominicus Campagner id*  
*P. V. Bapst Substitutus id*

In nomine Sanctissimæ Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Ego Prossi Hieronymus-Maria in seculo Philippus, filius Nicolai, e Colleluce, oppido Diocesis Sancti Severini, vota simplicia emissurus in Congregatione Somaschensi, iuxta Decretum Sui Papæ IX. = Neminem latet = sub die 18 Martii 1857. constitutus coram admodum Reverendo Patri Don Aloysio Hieronymo Gaspari Cancellario Generali et in præsens Vicesgerenti Provinciali Congregationis Somaschæ in hac Provincia Longobardæ-Venetæ <sup>in</sup> hac parte specialiter delegato a Reverendissimo Patre Don Secundo Bernardino Sandrini Preposito Generali ejusdem Congregationis, et coram infrascriptis testibus.

1. Jurjurando affirmo me nullum corporis vitium aut pravam valetudinem, nativumque morbum celasse aut celare, ex quo ad Constitutiones Congregationis Somaschensis servandas impotens reddi, vel notabiliter impediri, seu ad id disponi possim.

2. Deum invoco testem me alterius religionis habitum sub obedientia, etiam sine probatione, nunquam induisse.

3. Contestor et palam confirmo me ejusdem Congregationis varia instituta, vivendi rationem, observantias et Constitutiones didicisse, sed illam præcipue qua Clerici ad Horas divinas recitandas statim post professionem solemnem præcepto obedientiæ et poena peccati lethalis obligantur; et aliam qua post susceptum Subdiaconatus Ordinem per triennium integrum utroque suffragio, activo scilicet et passivo, prævantur.

4. Contestor et palam affirmo totum integrum probationis annum explevisse, non interruptum, sub Novitiorum Magistro a Patribus mihi constituto: sponte, libere, nullo adactum metu, nec aliqua vi coactum, necessitate nulla compulsum simplicibus votis me obstringere; certo etiam nosse ac scire in idonea et apta ætate a Sacro Concilio Tridentino præscripta ad religionis vota emittenda ~~me~~ esse constitutum.

5. Declaro paratum esse ad vitam communem perfectam peragendam in domibus Congregationis, ubi viget, et ubicumque introducenda esset: nec non ad habitandum quacumque in domo Congregationis, iuxta mandata Superiorum, licet extra Provinciam et Regnum.

6. Juro me nullo modo, sive directe, sive indirecte, procuraturum Breve

Pontificium ad obtinendum Vocalatum, tenore constitutionum Clementis X, editæ die 15. Februarii 1675, et Clementis XII, editæ die 28. Januarii 1733.

7. Etiam profiteor, quod si unquam Congregatio Somaschensis desperderetur, vel supprimeretur, (quod Deus avertat) et postea reconstituatur et juxta leges <sup>canonicas</sup> reviviscat, ad ipsam solícite me reddam, tamquam filius matri sue obsequentissimus.

8. Denique declaro me profiteri vota mea pro Provincia Longobarda-Veneta, cui integram religiosam institutionem me debere ex toto animo me profiteor.

In quorum fidem hæc scripsi et subscripsi propria manu die <sup>septima</sup> ~~nona~~ Februarii; anni Redemptionis nostræ 1816. ac ore proprio pronuntiaui.

Ego Hieronymus-Maria Prossi in seculo Philippus filius Nicolai.

Car. Ludov. Vajda, Vicarius Mediceus, Aulicus  
Leroni Angeli Barro  
Chy Barro

In Nomine Sanctissimæ Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti.  
Amen.

Anno Domini millesimo octingentesimo septuagesimo sexto, die octava mensis  
Februarii in Ecclesia S. Bartholomei Apostoli pagi Somascha  
in Diocesi Bergomensis.

Ego Hieronymus - Maria Ropsi in seculo Philippus, filius Nicolai, e  
Colleluce oppido Diocesis Sancti Severini declarans me velle inter cleri-  
cos regulares Congregationis Somaschensis simplicia vota emittere, juxta  
Decretum Pii Papæ IX. incipiens = Neminem latet = sub die decima  
octava mensis Martii anni millesimi octingentesimi quinquagesimi  
septimi, voveo, profiteor, et promitto Deo omnipotenti, B. Mariae sem-  
per Virgini, B. Augustino Patri nostro, et S. Institutori nostro Hie-  
ronymo Amiliani, totique Curie caelesti, et tibi admodum Re-  
verendo Patri Don Aloysio Hieronymo Gaspari cancellario genera-  
li et in praesens Vicesgerenti Provincialis Congregationis Somaschæ in  
hac Provincia Longobarda-Veneta in hac parte specialiter Delegato a  
Reverendissimo Patre Don Bernardino Secundo Sandrini Praeposito  
Generali ejusdem Congregationis Somaschæ, tituli S. Majoli Papie, et  
successoribus illius canonice electis, Obedientiam, Castitatem et Pau-  
pertatem, hoc est in communi vivere secundum Regulam S. Au-  
gustini Patris nostri, juxta Constitutiones dicte Congregationis canoni-  
ce factas, seu faciendas.

Sic me Deus adjuvet, et hæc sancta Dei Evangelia.

Ego Hieronymus - Maria Ropsi in seculo Philippus scripsi, ac  
propria manu subscripsi, et ore proprio pronuntiavi.

Benaglia Giuseppe Testimonio  
Sangalli Bartolo Testimonio

P. Aloysius Hieron. Gaspari C. G. H. Sandrini